et fenice. et satrabuzanes et sodales
obsecuti his que dario rege decre
ta erant. insistebant sacerdotes opi
bus diligentissime cooperantes cum seni
oribus iudeorum principibus syrie. Et prospe
rata sunt sacrosancta opera prophetantibus ag
geo et zacharia prophetis. Et construxe
runt ea per preceptum domini dei israel. et
ex consilio cyri et darii. et artaxersis
regis persarum. et consummata est domus
ista. usque ad tertiam vicesimam diem
mensis adar. sexto anno darii regis. Et
fecerunt filii israel et sacerdotes. et levite. et
ceteri qui erant ex captivitate que ap
positi sunt. secundum ea que scripta sunt in
libro moysi. Et obtulerunt in dedi
cationem templi domini. tauros. c. arietes
cc. agnos. cccc. edos pro peccatis univer
si israel. xii. secundum numerum tribuum israel. Et
steterunt sacerdotes et levite. amicti
stolas per tribus super opera domini dei israel secundum
librum moysi. et hostiarii. per singula
ianuas. Et egerunt filii israel cum his
qui erant ex captivitate illud phase
xiiii. luna mensis primi. quando sanctificati sunt
sacerdotes et levite. Et omnes filii capti
vitatis non sunt simul sanctificati. quia levite
omnes sunt sanctificati sunt. Et immolaverunt
phase universis filiis captivitatis. et
fratribus suis sacerdotibus. et semetipsis. Et
manducaverunt filii israel qui erant
ex captivitate. omnis qui remanserat
ab omnibus execrationibus gentium terre conquiren
tes dominum. et celebraverunt diem fe
stum azimorum. vii. diebus epulantes in
conspectu domini quoniam convertit cor filiorum regis as
syriorum in eis confortare manus eorum
ad opera domini dei israel. Et post hunc regnan
te artaxerse persarum rege. accessit
esdras filius azarie. filii elchie. filii
salome. filii sadoch. filii achitob. fi
lii ameri. filii azarei. filii bocce. filii
abysae. filii phinees. filii eleazari.
filii aaron. primi sacerdotis. Hic esdras
ascendit de babilonia cum esset scriba
et ingeniosus in lege moysi que data
est a domino deo israel. dicere et facere. Et de
dit ei rex gloriam. quod invenisset gratiam

in omni dignitate. et desiderio in conspectu eius.
Et ascenderunt simul cum ipso. ex filiis israel
et sacerdotibus et levitis. et sacris canto
ribus templi. et hostiariis. et servis templi. in
ierusalem. XVIIII
Anno septimo regnante artaxerse
rege. mense. Hic annus septimus est regni.
Exeuntes enim de babylonia novilu
nio quinti mensis. venerunt in ierosol
imam. iuxta precepta illius prosperitate
itineris a domino ipso. In his est esdras ma
gnam disciplinam obtinebit. ne preter
mitteret quicquam eorum que erant ex lege
domini. et preceptis. a docendo universis israel
omnem iustitiam et iudicium. Accedentes
autem qui scribebant scripta artaxersis
regis. tradiderunt scriptum quod obve
nerat ab artaxerse rege ad esdram
sacerdotem. et lectorem legis domini. cuius exem
plum subiectum est. XX
Rex artaxerses. esdre sacerdoti et lectori
legis domini. salutem. Humaniorem ego iu
dicans. et beneficus. precepi eis qui deside
rant ex gente iudeorum. sua sponte. et
ex sacerdotibus. et levitis. qui sunt in regno
meo comitari tecum in ierusalem. Sique ergo
cupiunt ire tecum conveniant. et proficiscantur
sicut placuit mihi et vii. amicis meis con
siliariis. ut visitent ea que aguntur secundum iu
deam et ierusalem observantes. sicut habes
in lege domini. et ferant munera domino israel
que nova ego et amici ierusalem contulerunt aurum
et argentum quod invenitur fuerit in regione
babylonis domino in ierusalem cum illo. quod do
natum est per ipsa gente. in templum domini eorum
quod est in ierusalem. ut colligatur libere aurum
et argentum. et tauros. et arietes. et agnos.
et edos. et que his sunt congruentia. ut offe
rant hostias domino super altare domini ipsorum
quod est in ierusalem. et omnia quecumque volueris cum
fratribus tuis facere auro et argento. perfice per
voluntatem tuam secundum preceptum domini dei tui.
et sacra sancta vasa que data sunt tibi ad opera do
mus domini dei tui. que est in ierusalem. et cetera
quecumque tibi subvenerint ad opera templi
dei tui. dabis de regali gazophilacio. Cum
volueris cum fratribus tuis facere auro et ar
gento. perfice secundum voluntatem domini. Et ego